



ILLUSTRIS FACULT. JURID.

H.T. PRODECANUS

JOH. GEORG. SIMON,

JCtus, Sereniss. ac Potentiss. Elect.

Brandenb. Consiliarius,

ad

LECTIONES CURSORIAS

De,

EO, QVOD INTEREST,

ductu

L. Si commissa. XIII. ff. Rat. Rem Hab.

d. XIII. & XIV. Febr. A. 1696.

ab horâ X^{ma} ad XI^{am} antemeridianam,

&

DISPUTATIONEM INAUGURALEM

De,

Uno pro Omnibus,

d. Ej. XVIII. Horr. Ant. & Pomerid.

à

CANDIDATO BENE MERITO

DN. ZACHARIA ACOLUTHO,

Vratislaviense,

In AUDITORIO MAJORI

HABENDAS

Omnes Eruditionis O. O. Patronos & Fautores

eâ, quâ decet, humanitate invitat.

HALÆ MAGDEB. Typis Christiani Henckelii, Acad. Typ.





Sestimus Tibi, quicumque fueris, infucate Lector, egregium Juris Utriusque Candidatum,

DN. ZACHARIAM ACOLUTHUM,

Vratislaviensem,

Titulos honoris, alioquin Candidaturæ Subjectis dari solitos, desideras? Non faciemus. Vino enim vendibili non opus est suspensâ hederâ, nec merx, commercio digna, suo speciali indiget elogio. Ut taceamus, id ipsum sæpius attribui immeritis, neque non cum spinosâ suâ insimul & supervacuâ subtilitate theoreticâ Rempublicam parum, vel nihil, adjuvantibus. Inde procul dubio enatum proverbium, quod dignus & indignus frequentissimè ablativum adsciscant. Eucleabit Candidatus Noster sequente septimanâ *L. 13. pr. ff. Rat. Rem hab.* cui secundas egit Sacrosanctus quondam Imperator noster Justinianus in *L. unic. C. de Sentent. qua pro eo, quod interest, profer.* Causam denuò hujus conaminis efflagitas? En Tibi Ipsi in promptu erit, si altius paululum generalem conditionem mundanam reputaveris, Tibique imaginatus fueris. Nulla quippe inter creaturas societas (sive rectam, sive corruptam mente concipias) absque interesse tam publici, quàm privati, observatione ac curâ, aut vivere, aut sese fartam tectam tueri, potis existit. Hinc *ordo*

do enatus est, omnium Regiminum præcipuum, ne
dicamus unicum, fundamentum; hinc respectus rela-
tivus inter quocunq; modo imperantes & obsequentes
subortus, hinc duo, juxta *Johann. à Feld. Elem. Jur. P. I.*
p. 1. seqq. junct. P. 3. p. 407. seqq. quibus orbis conserva-
tur, fulcra (*Justitia & Amicitia*) eliciuntur. Quid
dijudicandum de Interesse Angelorum bonorum, in-
tuitu ipsorum Reipublicæ sanctissimæ, nos edocent
cum multis alleg. Dd. uterq; Theologorum maximè
circa Ecclesiam Augustanam demeritorum, *B.*
Abrah. Calov. System. Theol. Tom. 4. q. 1. p. 64. junct. p. 90. qv. 9.
B. Joh. Olear. in Geistl. Hand. Buch/ P. I. art. 20. §. 6. n. 2. p. 323.
add. Cameron. in Not. ad Epist. ad Coloss. cap. 1. vers. 16. pag. 726.
De spirituum malorum Imperio Monarchico agit Sal-
vator noster, ejusdemque interesse manifestimè o-
stendit *Luc. II. v. 17. seqq.* Interesse Religionum ele-
gantissimè loquitur *Dn. Valentinus Alberti, Theolo-*
gus Lipsiensis celeberrimus. Potestatum itidem politica-
rum, & commune, & proprium, commodum mul-
tis à se allegatis Autoribus delineavit *Jacob. Andreas*
Crusius Tract. de Præminent, cui suum adjiciunt calcu-
lum *Dd. Klockius, Bornitius, Faust. ab Aschaffenburg, Hene-*
lius, Latherus, Peregrinus, aliique varii recentiores, qui
de *Ærarii, Fiscii & Censu* Juribus scripserunt. In quibus
tamè non semel pariter ac iterum à Magnatibus omni-
um ferè provinciarum terrestrium prætextum cum
vero, vel, ut alii exprimunt, *justificam cum suaso-*
ria causâ comixtam fuisse reperire est; de quo etiam
graviter conqueritur *Hugo Grot. de J. B. & P. lib. 2. cap. 22.*
§. 1. ibique notat. Interesse omnium Facultatum aperi-
unt nobis tot sectæ earundem, quæ *πεόφασιν & αντίαν*
invicem confundunt. Ut rem in pauca conferamus,

qui de interesse uberiora indagare discupit, unice ponderet miserrimæ mortalitatis nostræ *Meum & Tuum*, per quæ, inordinatè si appetantur, omnis quies corrumpitur, imò sacra profanis miscentur. Reliquos Autores ad hanc materiam rimandam specialiter conducentes subministrabunt *Bechtold. in Loc. Commun. h. v. uti & Barbosa lib. 9. c. 76. per tot.* Ex quibus omnibus, ut sedula apis, mel suum exsugere, laudato nostro DN. ACOLUTHO placuit; cujus etiam *Lectioibus Publicis* negotium integrum eruditè pertractandum relinquimus, solum de ejusdem ortu, & rebus hæctenus gestis, in quantum pagellæ patiuntur, solliciti. Est autem *Dn. Candidatus* noster in lucem editus Vratislaviæ, ibique Patrem natus est *Virum Maxime Reverendum & Excellentissimum* DN. JOHANNEM ACOLUTHUM, *S. S. Theol. D. Ecclesiarum Gymnasiorumque Vratislaviensium Inspectorum & Professorem, Consistorii Assessorem, & ad D. Elisabetham Pastorem meritissimum*; Matrem verò *omni virtute matronali superiorem* JUSTINAMECCARDINAM, *Viri Plurimum Reverendi* DN. ANDRÆ ECCARDI, *Namslavia Silesiorum Pastoris primarii pariter & vigilantissimi, filiam.* Quibus strenuè præeuntibus in veræ pietatis tramitem ductus, ac, ne inde aberraret, vel tabulæ huic teneræ & adhuc rasæ fucato quodã Religionis penicillo alia, quã ipsorū, imprimeretur imago, ab iis sedulo cautum. Felici verò hæctenus experientiã Piiissimi Parentum edocti, extraneas domesticis jungere curas liberorum multum promoveri salutem, anno ætatis quinto publicis scholis, ac fidelibus præceptoribus, ingenium moresque ejus formandos committebant. Cælum hucusque felicitatis suæ satis expertus fuerat ferenum; verum, vix elapso ætatis ejus sexto, seculi hujus LXXIX. anno.

anno, procellis, densisque adeò obfuscabatur nubibus,
ut atram ejus temporis faciem non sine gravissimo
adhuc in memoriam revocare valeat mœrore. Mater-
no enim hætenus amore gavifus ardentissimo, non
tepscere eum, non frigere, sed penitus acerbissimã
ejus morte evanescere sentiebat. Fata, quæ teneram
talibus in pasibus manent juventutem, & ipsi obtige-
runt, B. L. experientiæ ac conjecturis committimus.
Satis fit dixisse, Patris Honoratissimi amorem & vi-
tam uberrimum ipsi præbuisse solatium. Gressus in-
terea in litteris magis magisque promovens, ac in Or-
dinem Elisabethani Gymnasii supremo gradu inferio-
rem delatus, Dn. Parentis jussu (quem calcaris instar
spontè currenti addere opus non erat) relictã Patriã,
Urbem Polonicæ lingvæ cultu celebrem Posnaniã
petiit, &, emenso eo in loco anno uno cum dimidio,
ore manuque conversationi Gentis Sarmaticæ aptior
redditus, occulto ad litteras & S. S. Jurisprudentiam
stimulo impellente, mutatã animi sententiã, insigni
cum Venerandi Dn. Parentis gaudio ad lares patrios
fuit revocatus. Ardore ibi planè novo in Studia in-
censo, fomitem imprimis Charissimi Patris lætitia, &
hætenus verissima ipsi promittens spes, Trigam suo-
rum filiorum, tria supremarum, ut vocant, Facultatium,
non quotidiano prorsus exemplo, obituos munia,
subdebant efficacissimum. Neglecta igitur hætenus
tempora diligentiam propriã, & piè jam defuncti GO-
DOFREDI BOGENII, *Profess. Mathem. Dignissimi*, fi-
delis publicã privataque industriã, omni modo refar-
cire erat intentus, nec res cedebat infeliciter: Sed vix
semestre ita præterfluxerat spatium, cum Anno
M. DC. LXXXIX. d. 3. Maji tristissimo dilectissimi
Dn.

Dn. Parentis obitu, & profundissimo dolore confter-
natus, à limine viæ vix inchoatæ abfterreri potuis-
fet. Nihilominus ab eo in tantum id aberat, ut, quo
magis fe derelictum videret, eo fortiorem animum in-
defeffo progrediendi ftudio, caperet. Præftitit quo-
que illud ipfum, & quidem, quod fpectat Theologi-
am, adjuvantib9 Dd. *Viro Maxime Reverendo* DN. M. FRI-
DERICO VICCIO, *meritiffimo Parentis defideratiffimi,*
ut in officio, fic quoque reverentiâ à Nostro debitâ, *ſuc-*
ceffore, & Viro Plurimum Reverendo DN. M. CHRIS-
TIANO HERMANNO *Ædis Gymnaſique Eliſabe-*
thani Eccleſiaſte & Profefſore ac Conſistorii Aſſefſore. Quod
Philofophiam concernit, præeuntibus *Viris Clariffimis*
DN. M. MARTINO HANKIO, *Gymnaſiorum Inſpe-*
ctore, & Eliſabethani Rectore, Philoſopho inſigni; DN.
CHRISTIANO GRYPHIO, *Gymnaſii Magdalenæi Re-*
ctore, Polyhiſtore celeberrimo; ELIA MAJORE, *Gymn.*
Eliſ. Con-Rectore, Philologo eruditiffimo; GOTTLÖB.
KRANTZIO, *Phyſ. Hiſtor. ac Eloq. Profefſ. & Bibliotheca-*
rio Eliſabethano, à cujus ore publicè privatimque olim
per aliquot annos pependiſſe, debitis deprædicat lau-
dibus. Optimè igitur ab hiſce Candidatus noſter præ-
paratus, ſtimulantibus proprio altiora diſcendi deſide-
rio, votis benè Cupientium plurimis, ac magnificâ &
annuâ *Illuſtris Patriæ Senatus liberalitate, Francofurtan-*
nam ad Viadrum celeberrimam An. 1692. mense Julio
petiit, ibique d. Ej. 16. Rectore tum temporis Magnifico
exiſtente *Viro Clariffimo* DN. ANDREA WOLGANG.
de RUNCKEL, *Philofoph. & Lingvar. Sanct. Pro-*
feſſ. Publ. Ordin. Bibliothecar. & Commiſſar. Electoral. in
numerum Studioſorum fuit receptus. Facto hoc, ne in
indignum collata viderentur privilegia, mature occa-
ſionem

tionem illis rectè utendi arripuit, ac *Viri Consultissimi*,
jam defuncti, DN. BARTHOLDI, *J. U. D. & Prof. Nov.*
Ord. ductu, prima legitimæ scientiæ Elementa rumi-
nari cœpit: quo labore feliciter peracto, firmiter jactu-
rus fundamenta, eundem repetiit, ac solidissimæ do-
ctrinæ & examini *Viri Excell.* DN. PETRI SCHUL-
TZII, *J. Cti famigeratissimi, Antecessoris & Professoris Pandectarum*
Ordinarii, se subjiciens, quicquid supererat difficul-
tatis, superavit. Postea, eodem docente, Lectiones ad
Lauterbachii & Corvini Compendia Juris, nec nō ad *Illustris DN.*
RHETII Instit. Jur. Publici, & *Ill. DN. STRYKII Jus Feudale*
magnâ cum aviditate excepit, demumque iis, illa, quæ
in ipsis rerum obtinent argumentis, accuratius con-
templaturus STRUVII *Jurisprudentiam Romano-Germani-*
cam Forensis superaddidit, ac, commentando in eam,
& in examinibus illâ casibus applicando, Eundem insigni
cum utilitate audivit. Labores verò inter hos nec *Viri*
consultissimi DN. SAM. FRIDERICI WILLEN-
BERGII, *J. U. D.* discursus in *Const. Crim. Caroli V.* negle-
xit ac sub ejusdem Præsidio ter Cathedram presit, *Ex-*
ercitationumq; Brunneannianarum VII. XIX. & XXXI.
cū laude defendit. Sed benè gnarus Candidatus Noster,
Jurisprudentiæ, si aliæ jungantur disciplinæ, multū ac-
cedere splendoris, imprimis *Viri Excellentissimi* DN. JO.
CHRISTOPH. BECMANI, *Theolog. Historiar. & Po-*
lit. Prof. Ordinari. lectionibus Historicis, moralibus &
politicalibus continuâ serie eximiâ cum delectatione, & fru-
ctu interfuit. Tandem fama nostræ FRIDERICIANÆ,
& imprimis *J. Cti consummatissimi Ordinarii Nostri*, im-
pulsus, mense superioris anni Aprili huc se contulit, ac
matriculæ nostræ, cui tunc B. præerat BAJERUS, *ss.*
Theol.

Theol. P. Primar. & Consist. Elect. Consil. nomen dedit, mox publicas Ill. DN. STRYKII, Consil. Elect. Brand. Intim. in Schilteri Instit. Jur. Canon. & Rec. Imp. noviss. lectiones diligentissime frequentavit, ac privatim quoque Introductionem ad Praxin, Brunnemanni Process. Crim. Differentias Juris Canon. & Civil. & Vitriarii Institutiones Jur. Publici explicantem magno cum eruditionis fœnore audivit, membrum quoque privatisimi Collegii practici elaboratorii satis sedulum se stitit, imò nuperime sub gravissimo ejus Præsidio partem Tract. de Actionibus forensibus cautè eligendis & instituentibus sub tit. disp. de Investigandis Contractibus & Actionibus ex contractibus re, verbis, vel litteris initis, ut decet, contra oppugnatores salvam præstitit. Audiit insuper hujus Almæ Nostræ Fridericianæ Magnificos ac Excellentissimos DNN. PROFESSORES (imprimis DN. JO. FRANCISC. BUDDEUM, Philos. Mor. & Civil. Prof. Publ. Jus Gent. & Nat. Dn. Vitriarii eruditè enodantem) in Lectionibus ipsorum publicis diligenter hætenus exhibitis. Nostris quoque interfuit, donec Collegium nostrum Juridicum adierit, & ut in Candidatorum numerum atque ad consveta examina admitteretur, modestè petierit. Cujus desiderio detulimus, & eundem dignissimum, qui ad reliqua admitteretur specimina, judicavimus: Quorum, quoniam initium facturus est diebus in fronte paginarum signatis, MAGNIFICUM DN. PRORECTOREM, ILLUSTRISSIMOS, ILLUSTRIS, AC SAPIENTISSIMOS RESP. COMITES, REGIMINIS, UNIVERSITATIS ET URBIS NOSTRÆ PROCESSES, PL. REVEREND. EXCELLENTISSIMOS ATQUE CONSULTISSIMOS, FACULTATUM OMNIUM HONORATISSIMOS DOCTORES, LICENTIATOS, CANDIDATOS AC CIVES RELIQUOS, ut præsentiam suam iis interesse haud dedignentur, submissè, officiosè & peramanter rogamus. P. P. d. IX. Februar. M. DC. XCVI.

00 A 6336

ULB Halle 3
002 928 728




56.

VD 17

Reho ✓





ILLUSTRIS FACULT. JURID.
 H.T. PRODECANUS
JOH. GEORG. SIMON,
 J.Ctus, Serenifs. ac Potentifs. Elect.

Brandenb. Confiliarius,

ad

LECTIONES CURSORIAS

De,

EO, QVOD INTEREST,

ductu

L. Si commissa. XIII. ff. Rat. Rem Hab.

d. XIII. & XIV. Febr. A. 1696.

ab horâ X^{mâ} ad XI^{mam} antemeridianam,

&

DISPUTATIONEM INAUGURALEM

De,

Uno pro Omnibus,

d. Ej. XVIII. Horr. Ant. & Pomerid.

à

CANDIDATO BENE MERITO

DN. ZACHARIA ACOLUTHO,

Vratislaviense,

In AUDITORIO MAJORI

HABENDAS

Omnes Eruditionis O. O. Patronos & Fautores

eâ, quâ decet, humanitate invitat.

HALÆ MAGDEB. Typis Christiani Henckelii, Acad. Typ.

